



Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

4. Dies Augusti. Soloculus est mundi, jucunditas Dei, cœli pulchritudo,
naturæ gratia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

4. DIES AUGUSTI.

Sol oculus est mundi, jucunditas Dei, cœli pulchritudo, naturæ gratia. *S. Ambros. l. 4. Hexam c. 1.*

S. Domini I. **S**ocratem ferunt ex orientem Solis subinde ad occatum usque defixis in eum oculis secutum, Hodie dies clarior est D. Dominici in Ecclesiam beneficiis, quām Solis per cœlum diffusis radiis. Hunc Ecclesiæ Solem, Socratis simul fixis oculis, non tam ut contemplemur, quām ut imitemur, aspiciamus, vel aspiciendo reddeinur suscipiendi. Quod dicitur de Sole, sic sponsus procedent de thalamo, sic Dominicus processit de matris utero. Quia cūm Mater uterum gestaret, illi predictum est vaticinio, parituram eam filium, qui in Ecclesia esset, quod in nocte lucerna, quod in orbe Sol, à luce virtutis, & splendore eruditio[n]is. Vix processerat ex utero, ut Sponsus de thalamo, cūm capit in ipso ortu paulatim se luce suâ prodere, ut Sol radiorum apparatu. Cūm enim Infans sacro latice ablueretur, matrona spectata, quæ illum spectabat, vidit ex illius vultu emicare alios, atque alios lucis amoenæ radios: qui deinde in illius fronte coaluere, & bellæ figuram expresserunt. Hinc pingitur cum stella lucente in fronte, adjecto in ejus, ac Ordinis illius scuto, hoc lemmate, *Lucet, & ardet*; tota siquidem ejus familia lucet scientiâ, ardet Charitate; hac orbem illustrat, illâ omnes in orbe inflamat; illa emitit radiorum jacula, hac flamarum spicula; illâ ignorantes instruit, hac frigentes calefacit,

II. Sol

II. *Sol oculus est mundi*; sic & Dominicus Ecclesiæ. Idque potissimum, quia ipse oculos semper obvertebat in Solem Justitiae. Quod ipsum testatis aliquando Principes tenebrarum. Non ita pridem cùm quispiam, qui inter sacros ritus pellendis dæmonibus adhibebatur, (*a*) proponeret Religiosis famulis Laudunensibus, quas maligni spiritus possidebant, pulcherrimam D. Dominic'i imaginem. Vix illa apparuerat, cùm subito possessæ omnes terga illa vertunt, nec adduci possunt, ut in eam oculos defigant. Tandem vi exorcismorum coactæ intuentur unicâ exceptâ, quæ mirum in modum reluctabatur tamen eâdem virtute compulsa, non solum aspergit verum etiam obtutum defixit in imaginem oculos, ut Sacerdos diabolo præceperat. His peractis, egitur à dæmone ratio, cur tanta cum difficultate imaginem illam intueri detrectasset? Vix obtinere responsum potuit, tandem exortæ hæc voces: Ha, inquit, cùm hic Sanctus inter mortales degeret, semper in Deum intuebatur, in omnibus actionibus suis oculos habebat in illum obversos: nos vero, non ipsos aspeximus, & quia aspeximus, periremus, & in hanc conditionem, miserrimam delapsi sumus. An non igitur meritò Dominicus mundi oculus, quicunque suos mundissimos, ut heliotropium ad Solem, sic ipse ad illum, qui fecit Solem, defigebat?

III. Sol deinde, ob claritatem dicitur *Jucunditas diei*; ob venustatem, *Cæli pulchritudo*. Fuit & Dominicus, ut Sol, & pulcher, & clarus ob virgineam castitatem, corporis, ac animi integritatem. Castæ generationi duas illas dotes attribuit Sapiens, pulchritudine

[a] Barry solitudo dic. I. discr. Pomerit.

[a] S.

Augustus.

Teffera.

605

Antiquitus. *Agem.* 30
tudinem, & claritatem : hac enim, & illâ captus, ex-
clamavit: (a) *O quam pulchra est casta generatio, cum*
claritate ! Ab eadem castitate Dominico tanta fuit &
pulchritudo, & claritas, ut potè quem S. Catharina
Senensis in excessu mentis, vedit in ipso Patris æterni
corde, unâ etiam cum JESU Patris æterni Filio : vi-
dit, & simul audiit: O Filia, vides in corde meo hinc
JESUM, inde Dominicum ? Ille mihi naturalis, hic
adoptivus est Filius ; illum ab æterno genui, hunc in
tempore : & quia in hunc particulari ferebar amore,
volui esse in corde meo simul cum JESU, ut sic mihi
essent quasi gemelli Filii, naturalis ille, hic adoptivus.
Quod si in corde fuerit æterni Patris, certè ex eo hau-
si puros, castosque amores : uti etiam à Virgine,
quam scilicet Magistrum habuit, anno ætatis suæ de-
cimo, ut potè cui illa se spectandam præbuit, docuit-
que ex tunc Rosarii Mariani leges, modumque,
quem deinde dominicus alios, totumque orbem e-
docuit: eandem & sponsam habuit anno ætatis 18,
Solem denique se prodidit, cum cælum supra Solem
fisiit. Cum enim P. Ro. pro recuperanda ejus vale-
tudine (ut potè, quem adhuc vivere credebat) sacri-
ficium offerre parat, illicò præpeditus excessu mentis
statutæ instar immotus subfistit. In illo porrò raptu-
vicit dominicum, coronâ aureâ redimitum, ad in-
stant Solis omni parte radiantem, Bononiæ excedere.
Vis sic lucere, & ardere ? vide luceas à luce virtutis;
vide ardeas ad igne charitatis, Opta hunc ignem,
ultima hanc lucem. De illa enim luce.

Prævia lux dat euntis scire, ubi debeat ire.

S. DIES

[a] Sap. 4.